



I E S V S , M A R I A , I O S E P H .

C L L U C T A T I O J U R I S

P R O

I L L V S T R I B V S
M A R C H I O N I B V S
D E R V P I T .

C V M

ILLVSTRI ET EGREGIO
COMITE DE ERILL,
ET ALIIS LITIS CONSORTIBVS.

CIRCA BARONIAM DE ORCAV,
& ejus Successionem.

C O R A M

M A G N I F I C O , A C L I T E R A T I S S I M O D O M I N I C O
Aguirre V.I. & R.A.D.

In Actis Vila Not.



O B I L I S Arnaldus
 de Orcau antiquior
 Dominus Baroniæ
 de Orcau suo vltimo Testamento fa-
 eto, & firmato 14.
 Februarii 1387. (quod legitur in
 Processu fol. 690. ret.) sic disposuit:
Vniuersorum autem bonorum nostrorum
Ubicumque fuerint, presentium, & fu-
eurorum Raymundum Rogerium de Or-

cau filium nostrum legitimum, & na-
turalem heredem nostrum vniuersalem
instituimus; Et si contingat ipsum Ray-
mundum Rogerium esse heredem no-
strum, vel non, & mori sine filiis legi-
timis masculini generis, vel cum filiis
masculis, qui postea non pervenerint ad
etatem perfectam, Ioannem Rogerium
filium nostrum legitimum prædicium, &
naturalem heredem vniuersalem insti-
tuhimus, & eidem Raymundo Rogerio

A

eum

eum substituimus, verum si contigerit ipsum Ioannem Rogerium esse heredem nostrum, vel non, & mortis infra pupillarem, vel postea quomodocumque sine filiis legitimis masculini generis, vel cum filiis masculis, qui postea non venirent ad etatem perfectam, Arnaldum Rogerium de Orcau filium nostrum vniuersalem instituimus, & eidem Ioanni, cum substituimus. Et si dicti filii nostri Joannes Rogerius, & Arnaldus Rogerius de Orcau heredes nostri fuerint successores, pro ut dictum est supra, vel non, & moriantur quomodocumque sine filiis masculis, modo simili, vel cum filiis masculis, pro ut dictum est supra, in quolibet dictorum casuum instituimus nobis, & substituimus dictis filiis nostris, & utrique eorum, Franciscum de Erill, filium dicti Nobilis Eleonoris filie nostrae, & Nobilis Bernardi Rogerii de Erill, nepotemque nostrum, sive net. Et si dictus Franciscus de Erill, nobis heres non fuerit, vel ubi heres, nosser fuerit, & decesserit postea quandocumque sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, vel cum talibus filiis masculis, qui non pervenirent ad etatem perfectam, in quolibet dictorum casuum, substituimus ei, alium, secundum natum filium conjugum predicatorum, nepotem nostrum, sive net. Et si dictus secundum natus nobis heres non fuerit, vel si fuerit, & decesserit postea quandocumque sine filiis masculis de legitimo matrimonio procreatis, vel cum talibus filiis masculis, qui non pervenirent ad etatem perfectam substituimus ei, & nobis heredem instituimus alium tertio natum filium conjugum predicatorum nepotem nostrum, sive net. Et si dictus tertio natus, nobis heres non fuerit, vel fuerit, & decesserit postea quandocumque, sine filiis legitimis, & naturalibus masculis, vel cum filiis masculis, qui non pervenirent ad etatem perfectam substituimus ei, & nobis heredem instituimus filium secundum genitum Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinos.

Declarando, & expresse mandando,

quod quicumque, qui in nostra hereditate vniuersali succedere velit, & possit vigore predicatorum institutionum, & substitutionum, ac alias habeat se cognominare dicto nostro nomine de Orcau, & portare sine aliqua mixtura dictum Signum nostrum in ejus Armis, & alijs, alias si non faceret, seu nostri voluntati predicte, & infra scripte in alijs ve contra veniret, volumus ipsum privare dicta hereditate, & dictam hereditatem venire ad sequentem substitutum, qui similiter sit adstrictus ad predicta, & ita deinceps in omnibus alijs habeat.

Verum declarando etiam, quod dicta hereditas nostra vniuersalis, semper habeat ad masculum per venire, ITA QVOD AD FÆMINAM PERVENIRE NON POSSIT VLLO MODO, quam hereditatem semper volumus esse illorum masculorum, qui erant descendentes ex nostris filiis masculis predicatoris, IVXTA FORMAM SUPERIVS DICTAM, & in defectu eorum, volumus per venire ad masculos descendentes ex dicta Eleonore filia nostra, IVXTA FORMAM ETIAM DICTAM, & in eorum defectu ad dictum filium secundo genitum Nob. Galcerandi de Pinos, & ad ejus masculos liberos, & legitimos. Et in defectu omnium, & singulorum predicatorum ad masculum, tunc proximorem nobis, & generi nostro in gradu parentele, IVXTA MODVM, ET FORMAM SUPERIVS EXPRESSATAM, volumus per venire.

2 Decessit dictus Nobilis Arnaldus de Orcau testator superstribus dictis Nobilibus Raymundo Rogerio, Ioanne Rogerio, & Arnaldo Rogerio de Orcau filiis, ex quibus Raymundus Rogerius primogenitus hereditatem adivit, seu melius illi se immisicit, & relictis tribus filiis masculis nuncupatis Petro de Orcau primogenito, Raymundo de Orcau secundo genito, & Arnaldo de Orcau tertio genito, ab

hu-

humanis recessit, dictus Petrus de Orcau filius primogenitus quinque habuit filios, videlicet Petrum Benedictum de Orcau, Ioannem de Orcau, Raymundum Rogerium 2. de Orcau, Ioannem 2. de Orcau, & Beaticem de Orcau, qui omnes absque liberis deceperunt.

3 Joannes Rogerius de Orcau, filius secundo genitus dicti Testatoris sine filiis deceperit, & ex Arnaldo Rogerio de Orcau filio tertio genito ejusdem Testatoris natu, & procreatus fuit Arnaldus Julianus de Orcau, ultimus masculus per lineam masculinam dicti Testatoris, qui relictis Nobili Eleonore de Orcau ejus filia, uxore Gasparis de Llordat, & Gaspare, & Iaufridio de Llordat nepotibus dicti Arnaldi Juliani, obiit de mense Octobris 1475.

4 Ob mortem quinque filiorum Petri de Orcau, filii primogeniti Nobilis Raymundi Rogerii de Orcau, nepotis Arnaldi de Orcau testatoris absque filiis fuit devoluta successio contentiose Baroniæ ad Raymundum de Orcau filium secundo genitum dicti Nobilis Rogerii de Orcau primi hujus nominis, qui relicta dicta vñica filia nomina-ta Ioanna vxore Petri de Ança, è vi-vis migravit, ob cujus mortem adjudicata fuit hæreditas Arnaldi testatoris, Arnaldo Juliano de Orcau consobrino dicti Raymundi de Orcau vltimi possessoris, & dicti testatoris nepoti; Mortuo dicto Arnaldo Juliano de Orcau, omissis dicta Eleonore, ejus filia vñica, & duobus nepotibus Gaspare, scilicet, & Iaufridio de Llordat, successit in hæreditate, & bonis dicti Arnaldi antiquioris Berengarius de Erill, & de Orcau, filius Francisci de Erill, & nepos dictæ Eleonoris testatoris filia, & ob hujus mortem absque filiis, fuit adjudicata dicta hæreditas, & Baronia Nobili Petro Ludo-

vico de Erill, & Orcau. Tandem per mortem Egregii Alfonsi de Erill 2. Comitis, absque filiis masculis, adjudicata fuit hæreditas, & Baronia, Nobili Oldegario de Erill, exclusa prorsus Perillustri Margareta de Erill, Marchionissa de Castellnou, quæ fuit condemnata ad restituendam dictam Baroniam, dicto Nobili Oldegario, Regia Sententia, lata, referente Nobili, ac literatissimo Don Michaelle de Cortiada 7. Septembbris 1678. virtute cuius possessionem dictæ Baroniæ, adeptus fuit dictus Nobilis Oldegarius, & nunc illam continuat Illustris Marchionissa de Rupit ejus filia, & hæres vñiversalis.

5 Mortuo dicto Nobili Oldegario de Erill absque filiis masculis nova lis fuit introducta, & processu per Egregium Antonium de Vicentello, & de Erill filium dictæ Perillustri Margaretæ Marchionissa de Castellnou, contra dictam Illustrem Marchionissam de Rupit, qui dupli jure adjudicationem dictæ Baroniæ peroptat, videlicet ex jure dictæ Margaretæ, & tamquam illius hæres vñiversalis, vel jure proprio, & ex propria persona tanquam masculus descendens ex Eleonore filia dicti Nob. Arnaldi de Orcau antiquioris.

6 Postquam processus dictæ ultimæ litis fuit instrutus, & denunciatus, ac pariter unitus antiquæ causæ in qua dictus Nobilis Oldegarius de Erill obtinuit adjudicationem dictæ Baroniæ apparuerunt alii littes consortes eamdem adjudicationem controversæ Baroniæ appetentes, ex eadem dispositione dicti Nobilis Arnaldi de Orcau antiquioris, quapropter de exclusione singulorum, fundato prius jure nostræ Marchionissæ, agemus.

**DE IVRE MARCHIONIÆ
de Rupit, in Baroniam
de Orcau.**

7 **E**x facto supra veridicè apparet, Nobilem Arnaldum de Orcau testatorem, in suprachalendato ejus testamento, instituisse fideicommissum masculinum agnatiū. Primo, inter illos tres filios masculos suos, & eorum descendentes masculos. Secundo, inter masculos descendentes ex filiis masculis dictæ Nobilis Eleonoris filiæ. Tertio, inter masculos descendentes ex filio masculo secundo genito Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinòs. Et quartò, tandem inter masculos proximiores dicto Arnaldo antiquiori, & generi suo, cum perpetua exclusione foeminarum per modum regulæ, etsi agnatio non reperiatur expressa, in dicto testamento, nec alias contemplata censeatur in dispositione, nisi tacite, vel expresse contineatur, ut pluribus citatis probat novissima Appendix contraria num. 152.

8 Attamen secundum veriorem, & magis receptam Sententiam, vt agnatio rigurosa inducta, & contemplata censeatur, sufficit, vt tacite ex conjecturis deprehendatur, vt optimè distinguendo firmant Gabriel, consil. 115. num. 4. & seq. lib. 2. Laderch. consil. 153. colum. fin. Bellon. consil. 73. Venturin. consil. 25. Prato, discept. 4. num. 46. & seq. lib. 1. Marin. resol. 126. n. 30. 31. 32. & 33. lib. 2. & ibi Carol. Anton. de Luc. Mansi, consult. 198. num. 14. & consult. 199. num. 16. Ioan. Torre, de majorat. cap. 25. §. 9. num. 104. & 105. Rosa, consult. 69. num. 209. & seq. Altograd. consil. 69. num. 66. & seq. lib. 2. Episc. Roca, select. jur. disput. 2. num. 24. Fontan. tom. I. decis. 36. num. 7. Ratio hujus theori-

cæ in eo fundatur, quia agnatio tacita ex conjecturis elicita, eandem vim habet, ac expressa Bald. in l. Maximum vitium 7. Cod. de liber. præteritis, Riminald. consil. 23. à num. 9. Dexart, decis. 35. num. 28. Gratian. discep. forens. cap. 653. num. 45. Surd. decis. 124. n. 5. Tondut. qq. ci vil. part. 2. cap. 127. num. 4. Mansi, consult. 355. num. 17. Ramon, consil. 16. num. 33. Fontan. decis. 36. num. 7. & decis. 93. num. 5. Andreol. contro. 139. num. 7. & 8. Addent ad Molin. d. lib. 3. cap. 5. num. 58. Rosa, 'consult. 69. num. 159. Altograd. consil. 80. à num. 62. & consil. 89. num. 67. Redenasc. consil. 58. num. 43. & consil. 60. num. 63. Rota, decis. 385. num. 27. & decis. 407. num. 14. part. 9. recent. addent. ad decis. 632. à num. 203. part. 4.

9 Nam ex supradicta testamentaria dispositione Nobilis Arnaldi de Orcau Testatoris, plures urgentissimæ, & approbatæ resultant conjecturæ. Prima quidem resultat ex multiplice, ac repetita sœpè sepius, semper in toto institutionis, ac substitutionum prædictarum contextu, tam scilicet in partibus dispositivis, quam in conditionalibus, qualitate masculinitatis, quæ cum in omnibus, & singulis casibus fuerit repetita potius agnationis contemplationem præfert, quam simplicem, vel primariam sexus dilectionem. Castrensi. consil. 421. Materista, sub n. 3. Vers. Igitur istud statutum lib. 1. Cravet. consil. 113. num. 2. Vers. Pri- ma, & efficax conjectura est. Aldo- brand. con. 6. num. 47. lib. 1. Cephal. consil. 251. num. 48. Mennoch. consil. 205. num. 23. Vers. Hec ipsa mens. & consil. 775. num. 20. Vers. Nam certum est. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. sub num. 25. Vers. Secunda conclusio sit. Fusar, de subst. quest. 449. num. 15. Vers. Septimus est casus. Tondut. quest. ci. part. 2. cap. 112. num. 10.

10 Hanc conjecturam appro- bavit Rota, decis. 95. num. 11. part. 11. recent.

recent, ibi: Quartò; ex multiplici, ac repetita s̄pē s̄pē, ac semper, in toto institutionis. & substitutionum prædictorum contextu, tām in partibus dispositivis, quām in conditionalibus qualitate masculinitatis, quæ tam acurato studio, in singulis casib⁹ expressa, non simpli-
cem, vel primariam sexus predilectionem, sed magis causatiam, conservatio-
nis agnitionis principaliter contem-
plate p̄fereat, &c.

11. Quam quidem conjecturam ijsdem ferè præmeditatis verbis cum magna DD. caterva approbant Episcop. Roca, select. jur. disput. cap. 2. num. 38. & Vincent. Bonden. colluct. legal. 25. num. 823. Novissimè Ioseph Casaregis resol. 9. num. 51. ibi: Tācitatē Verò, sed non minus clare propter qualitatem masculinam in omnibus successorum, etiam illegitimorum, gradibus sine interruptione, requisitam in fideicommisso à masculo ordinato, juxta Peregrin. art. 26. num. 15. Bellon. jun. consil. 7. num. 1. Rota, decis. 135. num. 2...237. num. 8. & in decis. 514. num. 9. part. 5. recent. dict. decis. 129. num. 8. coram Bich. Altogr. d. consil. 92. num. 13. & num. 59. lib. 1. & consil. 80. num. 91. & 99. Vbi authoritate Rotæ in pluribus decis. subdit, neque tali casu fœminas post masculos, & insubdium esse admittendas; rursus Rota coram Gregor. decis. 464. num. 16. & 18. de-
cis. 37. num. 8. part. 8. decis. 1. num. 54. decis. 142. num. 31. part. 10. decis. 95. num. 9. part. 11. decis. 415. num. 18. &
19. part. 12.

12. Licet hæc conjectura suos habeat contradictores, vt præten-
ditur ex adductis in nova Appen-
dice à num. 154. ad 158. tamen om-
nino sequenda est tamquam com-
munitè recepta, & probata, &
ob alias speciales rationes adductas
à modernissimo Ariot. Beniel. con-
sil. 6. à num. 99. ibi: Sed prædictis mi-
nimè obstantibus, semper nobis visum
fuit subsistere hujusmodi conjecturam, ex
pluribus; cum quia apud omnes DD.

5
magni nominis, & authoritatis, & apud varia Tribunalia hæc. conjectura vide-
tur esse ex magis communi opinione re-
cepta, & approbata, pro ut etiam tue-
tur Caren. ex Adverso allegatus, resol.
83. num. 9. & resol. 163. num. 2. et 5.
Quod nempè sufficiat ratio agnationis
elicita ex s̄pē repetita masculinitate,
vi in illis terminis plures firmavit
Rota Rom. in part. 1. recent. decis. 143.
num. 6. Vbi plures allegat concordan-
tes, et part. 8. decis. 41. num. 10. et part.
9. decis. 385. num. 26. et seq. et part. 10.
decis. 142. num. 12. Vbi plures adducun-
tur DD. et Rota decis. et hanc senten-
tiam tenuit Molin. de primogen. lib. 3.
cap. 5. num. 25. 26. et num. 29. et seq.
ait esse veriorem opinionem, et sequitur
infinitis allegatis, Addition. ad dict.
Molin. in d. cap. 5. à num. 25. Usque ad
30. Vbi recensitis omnibus hinc inde DD.
tamen suam profert sententiam, dicen-
do, affirmati vam sententiam veriorem,
ac practicabilem esse, quia in hac multi-
plici masculorum vocatione, nulla alia
ratio potest assignari, quam agnationis,
que tamquam unica debet attendi, et ista
ratione firmavit Rota decis. 385. num.
28. part. 9. recent. et eadem Rota coram
Ottonob. decis. 177. num. 15. et seq. et
dicta decis. 455. dict. num. 14. et seq.
part. 14.

13. Per pulchrit̄ Ioan Torre, de
majorat. tom. 1. cap. 25. §. 12. num.
139. ibi: Talisque repetita, et inculca-
ta vocatio masculorum, si habet annexas
clausulas, denotantes perpetuitatem, vel
alias, ex quibus desumatur, quod sem-
per, et in quocumque casu masculi ad-
mittantur, tunc crederem, quod ex ea de-
duci posset etiam agnationis contempla-
tio, is enim, qui semper, et omni tempore
masculos vocat, non ex alia de ratione
videtur, quam ut agnationi propiciat,
qua per masculos conservatur, sicuti
per fœminas destruitur, L. Pronuntia-
tio, ff. de verb. signif. et ita in terminis
probat Surd. consil. 96. num. 30. consil.
241. num. 11. Raudens. dict. respons. 5.
num. 10. et seq. lib. 2. Mantic. de conject.
B lib.

lib. 6. tit. 15. num. 2. Meres. de majorat. d. quest. 6. cap. 4. num. 79. et 80. Vbi plenè, et multorum autoritate comprobatur nostram assertioem, quod similis mentio masculorum includat agnatos, dum taxat ad quod conductit tex. in §. Cœterum institutum de legit. agnat. success. Vbi verbum masculos simpliciter prolatum refertur ad agnatos, et hanc sententiam defendit Peregrin. de fideicom. art. 9. num. 16. Et art. 26. num. 15. Et alijs plures relati per Addent. d. num. 25. Usque ad 30. Vers. Nos vero priorem cum quibus ipsimet Addent. pertransiunt, plures etiam citantur pro hac parte a Ioseph. de Rosa, d. consult. 69. num. 167. Castill. dict. lib. 5. cap. 92. num. 2. Et 3. Et pariter id confirmatur a Rota in decis. 398. part. 16. Et decis. 69. num. 22. part. 17. cum alijs ibi notatis.

14 Secunda conjectura desumitur, ex perpetua, & omnimoda exclusione foeminarum, non limitative ad alias certas personas, vel gradus, sed absolute per modum regulæ, ibi: Verum declarando etiam, quod dicta hereditas nostra universalis, semper habeat ad masculum per venire. Ita quod ad foeminam per venire non possit. Vlo modo. Quia quidem perpetua, & omnimoda foeminarum exclusione per modum regulæ concurrente agnatio induita, & contemplata dicitur, Cassanat. consil. 47. num. 128. Et seq. Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 26. Fusar. de substitut. quest. 403. num. 37. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 50. Ioan. Torre, de majorat. d. cap. 25. tom. 1. §. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 17. 18. et 19. Passim Rota apud Burat. decis. 272. num. 1. et decis. 574. num. 4. part. 5. recent. et decis. 269. num. 20. part. 5. recent.

15 Optimè eadem Rot. decis. 232. part. 19. recent. à num. 1. ibi: Quo enim ad pretensam successionem videbantur repellendi committi sulpitia, Et Marchionissa Hypolita ex aperte decla-

ratione facta ab eodem Balthasare testatore, qui ex verbis expressis successione fœminis denegavit, ibi: La quale heredità sia in fideicommisso di eredi, in eredi maschi feme per niente, ut in summario, præteritæ positionis num. 1. ex quibus verbis manifeste patet, testatorem habuisse animum excludendi fœminas, quia vocatio masculorum, Et illorum exclusio, non legitur limitative ad alias certas personas, vel gradus, sed absolute, Et inlimitate; ita ut videatur inducta exclusio per modum regulæ, Et referatur, tam ad partem dispositivam, quam ad conditio- nalem, dum respicit omnes clausulas testamenti, omnesque gradus vocationis, Et ab illa omnis, et integra testamentaria dispositio regulatur, formamque es- sentiale recipit, Et c.

16 Idem antea dixerat eadem Rota, decis. 422. part. 13. recent. ibi: Quod potissimum procedere visum est do- minis, quia testator non exclusit fœminas consequitivè, vel in uno tantum casu, sed per viam comprehensionis generalis: ibi: Non fœminæ perniente, que verba vti prolata ad regulandam totam dispo- sitionem per quam in omni casu, et tem- pore fœminarum exclusionem impor- tant, Et c.

17 Perbellè Castill. contr. juris, lib. 5. cap. 92. num. 11. ibi: Sit itaque primus casus, quando testator, majoratusque institutor generaliter, et absolute, siue indefinite, et per viam regulæ gene- ralis majoratum causa conservandæ ag- nationis, instituit, aut in perpetuum mas- culos ad successionem ejus in vita vit, nec unquam fœminas admissit, tum quidem ista dicetur propria, et vera, et absolute agnationis conservatio, quia in nulla parte de fœminis dispositio testator, nec eorum mentionem fecit, Et c.

18 Tertia conjectura elicetur ex clausula: Declarando, et expresse mandando, Et c. in qua testator pa- ritè per modum regulæ statuit, ac injunxit omnibus institutis, & sub- substitutis in dicto testamento, ac dein- ceps

ceps omnibus in aliis, in ejus bonis, & hereditate successuris gravamen ferendi nomen, & arma de Orcau, sub pena privationis dictæ hereditatis, ex quo quidem onere, & gravamine sic injuncto masculis ex dicta Nob. Eleonore, & aliis omnibus vocatis, efficacissima de promittitur conjectura ad inducendam voluntatem fixam testatoris pro conservatione, & perpetuitate agnationis, Ripa, in l. centurio n. 164. de vulgar. Paris. consil. 19. n. 34. vol. 2. Mantic. de conject. lib. 6. tit. 15. num. 15. Fusar. de substitut. quest. 449. sub num. 13. vers. Sextus casus est. Mier. de majorat. part. 2. quest. 2. num. 67. Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 27. in fine. Thesaur. decis. 270. num. 10. Cabed. decis. 133. num. 4. part. 1. Barbos. vot. 70. num. 2. et seq. Rosa. consult. 69. num. 210. Card. de Luca, de fideicom. discurs. 34. num. 9. et discurs. 146. num. 2. Rota, decis. 1329. num. 3. et dec. 1486. num. 22. apud Seraphin. Et dec. 222. num. 5. coram Cels. Episcop. Rocca, disput. 2. num. 39. ubi plures, & ex nostris Ramon, consil. 15. num. 19. Molin. de rit. nuptiar. lib. 2. quest. 14. num. 4. Fontan. dec. 32. num. 1. et seq. et dec. 36. num. 3. in fin.

19 Hæc conjectura fortior redditur, attenta serie testamentariæ dispositionis dicti Arnaldi de Orcau testatoris, juxta quam testator voluit agnationis suæ, memoriam, priùs naturaliter conservari in propriis ejus filiis, ac descendantibus masculis, postea artificialiter in filiis masculis dictæ Nobilis Eleonoris, & tandem magis artificialiter, in filio masculo secundogenito Nobili Bernardi Galcerandi de Pinos extranei, & ejus descendantibus masculis mediante scilicet assumptione nominis, ac insignium, & armorum de Orcau, ut benè consideravit, Rota Rom. decis. 95. num. 18. et 19. par. 11. recent. Ibi: Quia non pro-

⁷ cedit quando constat testatorem censisse, atque voluisse agnationis suæ memoriam conservari, primum in propriis filiis, ac descendantibus, et consanguineis masculis, et post eos eandem propagari, in descendantibus, etiam ex feminis, vel alijs extraneis, ut in hoc casu, &c. Et ibi: Tunc enim eadem ratio efficaciter viger, & consideratur etiam in illis per quos licet non naturaliter, nec phisicè saltem civili quodam, ac morali, siue artificiali modo per testatorem inducto, & approbato mediante scilicet assumptione cognominis, ac insignium, & armorum familiæ, pro ut fieri potest conservatur, &c.

20 Brevius eadem Rota dict. decis. 232. num. 9. par. 19. recent. ibi: Tanti fortius quia deficiente agnatione naturali de Cattaneis, jussit conservationem civilis, & naturalis per assumptionem cognominis Cattanei; ex hoc enim dessumitur conjectura valde efficax ad inducendam voluntatem fixam, pro conservatione, & perpetuitate familiæ, &c. Hanc conjecturam saepè sàpius approbavit noster Regius Senatus. Primo in exemplari Baroniae de Centellas, inter Nobilem Raymundum de Torrellas, & Don Raymundum de Blanes relato per Peguer decis. 103. secundo in favorem Nobilis Ioannis Terrer, & de Zacereta, ut patet ex sententia transcripta post Ramon, conf. 9. tertio cum Regia Sententia in causa Comitis de Fuentes, transcripta post consil. 17. Ramon. Et tandem referente Nobili Francisco de Ribera 14. Dezembbris 1672. in causa Nobilium Conjugum Don Francisci, & Domnae Hieronimæ de Vilamala, & de Puigmati, contra Agnetem Xammar, & Munyos, actuario Fabra.

21 Quarta conjectura fluit ex clausula incipiente verum declarando etiam, &c. in qua dictus testator extinctis omnibus ejus filiis masculis,

lis, & descendantibus masculis ex eis, & pariter descendantibus masculis ex dictis filiis masculis dictæ Nobilis Eleonoris, & secundi filii masculi Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinos ad ejus successionem invitavit masculum proximiorem sibi, & generi suo, ibi: *In defectu omnium, & singulorum predictorum ad masculum tunc proximiorem nobis, & generi nostro in gradu parentele,* &c. ex qua vocatione masculi proximioris non simpliciter facta, sed cum adjuncto de genere suo, & parentela agnatio censetur contemplata, & sub vocatione masculorum proximiorum dumtaxat masculus, ex masculo continetur, minimè vero masculus ex feminis, ut probat Episcop. Rocca dict. disput. 2. num. 13. ibi: *Et nihil hominus in utraque probatione laborat, tum quia tamquam descendens ex Hieronyma filia ultimi Ducus Montis Leonis possessoris majoratus nullo jure potest venire appellatione masculorum, cum majoratus institutor non vocaverit masculos simpliciter, sed masculos de ejus familia, quales non sunt masculi descendentes ex feminis, ut in specie Mansi consultat.* 220. numer. 10. lib. 3. Vbago decis. 24. num. 6. &c. & repetit cap. 19. num. 17.

22 Quinta conjectura dimanat ex vocatione filii secundogeniti Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinos omnino extranei, & illius descendantium masculorum, in defectu omnium masculorum descendantium ex filiis suis masculis, & Nobilis Eleonoris cum onere, ipsi injuncto assumendi nomen, & arma de Orcau, ex qua vocatione dicti filii secundogeniti, & ejus descendantium masculorum cum dicto onere, extinctis jam lineis masculinis descendantium masculorum, ex dictis tribus filiis masculis, certa resultat conjectura; quod testator animo veræ agnationis conservandæ in dicto filio secundogenito, & ejus des-

cendantibus renovare, & reparare agnationem voluerit Cassanat. consil. 15. num. 34. & 35. & consil. 20. numer. 29. Molin. de hispan. primog. lib. 3. cap. 5. sub. num. 50. Rota dict. decis. 95. num. 18. part. 11. recent.

23 Et decis. 11 super mat. de fideicom. Cardin. de Luca num. 8. & 9. ibi: *Mature inspecto integro thenore testamenti, de quo agitur, nulla de vera agnatione ratio in eo habita aparuit illius enim contemplatio induci minimè valuit ex onere assumendi cognomen familiæ de Chisellis substitutis injunctio, quia licet ex illo votum agnationis conservandæ elici tradant Fusar. de substit. quest. 499. num. 3. Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 47. Rota coram Merlin. decis. 12. num. 39. & decis. 95. num. 12. part. 11. id tamen intelligendum cum testator vocatis prius omnibus veris agnatis, in eorum deinde defectum dicto onere adjecto in vita vit extraneas personas. Etenim tum demum appetit cum ex animo vera agnationis conservationis studuisse, dum naturalis jam extinctæ defectum, artificiali ejusdem renovatione reparare voluit,* &c.

24 Sexta conjectura communiter add. ponderata infertur ex longa substitutionum diversarum personarum graduum, Ordinumque serie in infinitum protracta, quam laudant Rustic. in l. cum avus, lib. 3. cap. 2. num. 37. Hondon. consil. 67. n. 4. lib. 1. & consil. 66. num. 8. lib. 2. Ancar. consil. 74. Gabriel. conclus. 116. n. 14. lib. 2. Decian. consil. 7. num. 15. lib. 1. Cassanat. consil. 20. num. 29. Surd. consil. 241. num. 13. & consil. 443. num. 14. Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 25. Ciriac. controv. 96. num. 21. Castald. consultat. 18. num. 6. Rota coram Seraphin. decis. 1329. num. 10. coram Ludovis. decis. 464. num. 18. coram Duran. decis. 126. n. 34. coram Bich. decis. 112. num. 13. Peguer. decis. 12. num. 2.

25 Prædicta vero omnia clario-
ra redduntur, ex particulari obser-
vantia,

vantia, admissa in successione controversæ hæreditatis, & Baroniæ, quæ probata manet ex his quæ supra, à num. 4. dicta sunt, & latius in Regia Sententia lata referente Nobili Don Michaelle de Cortiada 7. Septembris 1678. in qua hæc elegatissima leguntur verba: *Constat prædictam formam in dicta Baronia de Orcan, per fideicommissum perpetuum succedendi descendentes masculos ex dictis tribus filijs masculis testatoris, & masculos descendentes ex masculis dictæ Nobilis Leonoræ illius filiæ, exclusis fæminis, & masculis descendantibus ex eis fuisse pluries in casibus tractu temporis subsequitis observantia, declaratam, que optima, & vera cùjuslibet dispositionis est interpres, ut supra dictum est. Primo post mortem Nobilis Raymundi de Orcan,* &c.

26 Quæ quidem observantia omnino efficax est ad declarandum dictum fideicommissum, & sufficit ut ita aliquando fuerit observatum Mennoch. consil. 349. num. 15. Surd. consil. 362. num. 10. Hondoned. consil. 92. num. 27. & seq. lib. 1. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 39. versic. nona conjectura, ibique Addent. & lib. 2. cap. 6. num. 37. recte Rota in recent. decis. 185. num. 4. part. 5. & post Censal ad Peregrin. de fideicom. decis. 30. num. 17. que est repetita in recent. decis. 407. num. 36. part. 9. tom. 2.

27 Perbellè Ariot. Beniel. dict. consil. 6. num. 179. ibi: *Accedere tandem objiciebantur, observantiam in omnibus descendantibus Pasqualis qui nullo alio ordine admissi fuerunt nisi primogeniture, hujusmodi autem observantiam valde inservire pro interpretanda voluntate disponentis, ut pluribus allegatis probat Peregrin. dict. consil. 34. num. 6. lib. 3. Rota floren. in decis. penes D. Mans. dict. consult. 99. num. 39. & 40. & ulterius adducebant declarationes, & confessiones factas per dictum Pasqualem, & dictum Christophorum ejus nepotem, in suis testamentis, quas maxime estimandas*

dixerunt ad elitiendum mentem testatoris ex Cephal. consil. 183. numer. 51. &c.

28 Etenim, ut sub vocatione masculi, contenta in clausula verum declarando, &c. dumtaxat comprehendantur masculi ex masculis; minimè vero masculi ex fæminis, Rota decis. 25. in recollect. per Card. de Luca, super mater. de fideicom. n. 8. ibi: *Tertiò ex subsequuta observantia dum Dominicus solus, defuncto Salvatore primo hærede gravato, adivit hæreditatem Ioannis Antonij fideicommittentis, absque eo quod in hujusmodi actu Ormisiæ, & Ascentia sorores comparuerint, & quid quid petierint summarie Damning, & Tutilia num. 5. & deinde solus Dominicus adeptus fuit possessionem dictorum bonorum fideicommissorum, in qua continuavit usque ad obitum absque contradictione Ormisiæ, & Ascentiæ, & Ulterius in eo cum quo dececessit testamento, tamquam absolutus dominus dicti Ioannis Antonij disposuit, instituendo hæredes sorores, cum onere fideicommissi, si sine filijs decederent, quæ omnia mirificè influunt, pro interpretando voluntatem a vi fuisse sub conditione, si sine filijs, venire solum filios masculos, &c.*

29 Quamquam enim aliqua ex ponderatis conjecturis per se sola, & in abstracto sumpta difficultatem haberet, tamen omnibus simul junctis, indubitate resultaret probatio contemplatæ agnationis, cum non sint de per se examinandæ, sed unitæ, & simul junctæ, ex vulgata regula, quod: *Singula que non prossunt, multa collecta juvant, quam in terminis admittunt Cassanat.* consil. 20. num. 8. & 59. Redenasc. consil. 9. num. 24. & 25. & consil. 58. num. 79. & 93. Caren. resol. 43. num. 33. Consol. allegat. 73. num. 28. melius allegat. 1. num. 79. & allegat. 103. num. 18. Bonden. colluct. legal. 33. num. 56. tom. 2. Rota dec. 206. num. 19. dec. 453. num. 7. part. 1, recent. Cardin. de Luca de C fidei-

fideicom. discurs. 32. num. 8.

30 In iure enim diffinitum non est, quæ, & quantæ debeant concutere conjecturæ, ut agnatio contemplata dicatur, & licet plures dispersim legantur apud DD, non tamen omnes sunt necessaria, paucioribus enim contentantur DD. de duobus enim testatur Laderch. Imolen. *confil. 196. ad fin.* quem sequuti fuere plures, de tribus Aymon. Cravet. *confil. 984. num. 31.* quem referunt, & approbant Sesse, *dec. 65. num. 23.* Surd. *confil. 96. tot.* Cùm ergo in casu nostro, nedum duæ, tres, aut quatuor concurrant conjecturæ inductivæ contemplationis, agnationis, sed plures numero, vt supra sigillatim expensæ manent dicendum omnino est in supradicta testamentaria dispositio ne contemplatam fuisse agnationem, nimirum in tribus filiis masculis Arnaldi testatoris, & in eorum descendantibus masculis rigurosam, & in filiis masculis Nobilis Eleonoræ, & in filio secundo genito Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinòs artificialem in ingressu, in progressu vero rigurosam.

31 Infertur ex hoc usque dictis clarissime, quod cùm per mortem Nobilis Oldegarri de Erill absque filiis masculis, defecerint omnes masculi descendentes ex masculis Nobilis Eleonoris, & nullus superfit masculus ex filio masculo secundo genito Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinòs, nec ex aliis masculis agnatis dicti Arnaldi antiquioris, remansisse libera bona testatoris penes dictum Nobilem Oldegarium ultimum masculum ex masculis vocatis, & tamquam illius heredem pertinuisse ad nostram Marchionissam ex defectu masculorum vocationum ob favorem libertatis bonorum, pro ut benè ratiocinatur Cardin. de Luca, *fideicom. discurs. 24. num. 13. Vers. Quod etiam trahi*

posse videtur ad casum, &c. & melius discurs. 28. num. 3. Rota penes eundem Cardin. de Luca super mat. de fideicom. dec. 17. num. 2. dec. 18. num. 13. & dec. 33. num. 6.

32 Quin relevant conjecturæ exclusivæ agnationis ponderatae in contrarium in dicta novissima Appendix, nam prima desumpta ex vocatione cognitorum dicti testatoris, vni erant filii dicti Nobilis Eleonoris non applicatur, tum quia filii dictæ Nobilis Eleonoris non simpliciter, & absolutè fuere vocati (in quibus terminis loquuntur DD. citati in dicta novissima Appendix à num. 168. à 171.) sed cum duplice qualitate, masculinitatis scilicet, & assumptionis ferendi nomen, & arma testatoris, defectis omnibus masculis ex dictis tribus filiis nominatim a testatore vocatis & eorum descendantibus masculis, omnino exclusis foeminis, favore libertatis bonorum testatoris masculi, quæ circumstantiae conglomeratim concurrentes, pro ut concurredunt in casu nostro, nedum non excludunt, imò probant agnationis contemplationem fuisse habitam a testatore, ut supra probatum mapet à num. 7. Et in terminis ita responderet Cardin. de Luca *de fideicom. dict. disc. 28. à num. 7.*

33 Nec etiam procedit secunda conjectura deducta in dicta novissima Appendix à num. 171. ad 174. ex vocatione personarum extranearum, quales erant descendentes masculi ex filio secundo genito masculo Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinòs, quia hæc conjectura licet exclusiva dicatur à DD. in dicta Appendix relatis, inductiva tamen probatur à DD. relatis supra num. 19. & 20. & in dictorum DD. conflictu dicendum est, exclusivam dicti, vbi simpliciter extranei sunt vociati una cum absoluta foemina rum vocatione, in quibus terminis

loquuntur Altograd. senior consil.
66. num. 79. Balduch. ad Ramon.
consil. 61. cap. 1. num. 11. Beniel. cons.
61. num. 5. citati à dicto num. 171. ad
174. Inductivam verò, ubi dicta ex-
trancorum vocatio est commixta,
& interviscerata cum vocatione
masculorum agnatorum ordinata à
testatore masculo, in quibus termi-
nis loquuntur DD. citati supra à n.
7. & 19. & 20. & signanter in recol-
lect. per Cardin. de Luca *super mat.*
de fideicom. dec. 11. num. 8. & 9. vt
patet ex ejus verbis transcriptis
supra num. 23.

34 Minùs refragari potest ter-
tia conjectura exclusiva agnationis
desumpta ex omissione prohibitio-
nis alienandi, quam allegat novis-
sima Appendix num. 175. ex Reda-
nasch. consil. 64. num. 1. Rota dec. 490.
num. 11. vers. Et licet part. 4. diuers.
Altograd. jun. contr. tom. 2. contr.
64. num. 40. quia respondetur, quod
licet passim DD. tractantes quaesito-
nem, an tacite, & ex conjecturis
censeatur contemplata agnatio,
enumerent prohibitionem aliena-
tionis, & è contra pro conjectura
exclusiva dictæ prohibitionis omis-
sionem, non tamen affirmant, quod
si dicta conjectura exclusiva deficit
in dispositione, & aliae plures ur-
gentissimæ, & necessariæ concur-
rant, quod iste cedere debeant illi,
imò apud plures scriptum legitur,
agnationem censeri contemplatam
ex conjecturis, et si prohibitio aliena-
tionis in dispositione non lega-
tur, ut videre est apud Rocciam, in
select. jur. disput. tom. 1. cap. 2. per tot.
& apud Cardin. de Luca, *de fideic.*
discurs. 28. & aliis.

DE IVRE ILLVSTRIS COMITIS
de Erill, & illius exclusione.

35 **E**X dupli jure ad suc-
cessionem bonorum
dicti Arnaldi testatoris adspirat

11

Illustris Comes de Erill. Primo vti
heres Perillustris Marchionissæ de
Castellnou illius matris. Secundo,
jure proprio, vti masculus descen-
dens ex dicta Nobili Eleonore. Ma-
tris jus fundat ex quo in supradicta
testamentaria dispositione, non
fuerunt omnino exclusæ fœminæ
descendentes ex masculis, sed dum-
taxat subsidiariè, prælativè, & ob
masculos, ideoque solum durante
concurso masculorum, & fœmina-
rum, non verò eo cessante, pro ut
cessare prætenditur per mortem
Nobilis Oldegarii de Erill ultimi
masculi possessoris ex masculis, cu-
jus mortem modo prædicto ape-
ruisse successionem in fœminas de-
relictas, seu postergatas, proclamat,
& vigore postergationis prædictæ
reflectendam esse successionem in
dicta Illustri Marchionissa de Ca-
stellnou, et si fœmina, & per eun-
dem Nobilem Oldegarium de
Erill exclusa, ex Fontan. claus. 4.
glos. 24. num. 16. Altimar. ad Rovit.
consil. 16. num. 24. Palma Nep. alleg.
98. art. 6. & aliis relatis in dicta
novissima Appendice a num. 133.

36 Proprium verò jus adstruit,
ex quo dictus Illustris Comes, vti
masculus descendens ex dicta Nob.
Eleonore, censendus est vocatus in
dicta dispositione, eo quia sub vo-
catione descendantium masculo-
rum veniunt, & censemuntur vocati
masculi, et si ex fœminis, præmaxi-
mè cessante concurso masculorum
descendantium ex masculis, cum
masculis descendantibus ex fœmina,
& concurrente expressa vocatione
masculorum ex dicta Eleonore filia,
& aliorum qui erant de aliena fami-
lia, vti descendentes masculos ex
filio masculo secundo genito dicti
Nobilis Bernardi Galcerandi de
Pinòs, ex latè deductis in dicta no-
vissima Appendice à num. 144.

37 Nam respondetur jus dictæ
Perillustris Marquionissæ de Ca-
stellnou

tellnou deductum ex illius poster-gatione, ab existentiam dicti Nobili-s Oldegarii de Erill vltimi masculi ex filiis masculis dictæ Nobilis Eleonoris omnino cessare in occur-renti casu, ex defectu expressæ, seu tacitæ vocationis dictæ Perillustris Marchionissæ, dictus enim Nobilis Arnaldus de Orcau antiquior, in p̄fato ejus testamento nullo in casu vocavit fœminas descendentes ex dictis tribus propriis filiis mas-culis, nec fœminas descendentes ex filiis masculis dictæ Nobilis Eleonoris, nec fœminas descendentes ex filio masculo secundo genito dicti Nobilis Bernardi Gal-lerandi de Pinòs, imò omnes fœ-minas perpetuò; & per modum re-gulæ exclusit, vt dictum est supra à num. 7. & 14. Quapropter militante hujusmodi defectu, seu omissione vocationis dictarum fœminarum dubitare non licet dictam Perillu-strem Marchionissam, minimè suc-cedere valuisse jure postergationis ad dictam Baroniam, & bona, vt sic in sensu veritatis optimè respondet Cardin. de Luca, de fideicom. discurs. 15. num. 8. ibi: *E converso Ego, & ca-teri, pro Barbara in gradu proximiori scribentes dicebamus in primis, & qui-dem etiam cum sensu veritatis, nullatenus in hac facti spetie intrare dictam conclusionem de linea semel admissa, om-nino evanuanda, illa enim procedit do-nec extent personæ capaces, vt agatur de continuatione in eadem linea, seu personarum genere cum sola prælatione inter eas ratione agnationis, vel sexus, sexus autem ubi testator unam lineam vocavit cum certa qualitate, qua defecta transitum fecit ad aliam lineam, NEG-LECTIS PERSONIS DE LINEA PRÆ DILECTA, TALEM QVALITATEM NON HA-BENT I.BVS (vt ita testavit dictus Nobilis Arnaldus de Orcau antiquior) Tunc enim habetur illa pro omnino evanuata, eo ipso quod non*

adsunt, nec adesse sperantur personæ, ita qualificatæ, cum aliq. non qualificatæ, ut pote per testatorem neglectæ habeantur, ac si non extarent in rerum natura, ex deductis per Vrsin. d. part. 2. quest. 4. tit. 4. num. 13. Gutier. lib. 5. tract. qq. quest. 67. num. 18. cum in alijs in dicta hujus causæ decis. ac discurs. seq. & conferunt, que post presentem disputatio-nem firmata fuerunt, in Roman. fideic. de Cataneis infra discurs. 40. Siquidem testator, defecta linea Christophori pri-mogeniti omnino neglexit fœminas, vel alios de linea fœmenina ejusdem, sed transiit fecit ad aliam lineam mas-culinam Camilli secundo geniti; ergo non curavit ordinem linearum, nisi cum qua-litate, qua defecta habuit illam lineam pro omnino defecta, faciendo transiit ad aliam, qua etiam defecta, atque facien-do transiit ad omnino novum ordinem substitutionum cum novo. genere perso-narum. regredi noluit, ad lineam primo admissam, neque resumere ordinem jam evacuatum, &c.

38 Altius reasumpta materia per eundem Cardin. de Luca, in eodem tract. discurs. 203. dando intel-ligentiam aliquibus DD. sic à num. 7. ait: *Attamen mihi videbatur, quod in hoc pro consuetudine equi vocaretur in applicatione, cum id procedat in uno ex duobus casibus, vel scilicet quando omnino defectis, & evanuatis lineis, vel generibus specialiter vocatis, & contemplatis, agatur de generica vocatione aliorum proximiorum, & conjunctorum, ex lineis, & generibus diuersis, qualis est propriè casus, quem supponit Molin. dict. Verit. 6. quod scilicet linea Tity, & Sempronij transversalium essent omnino evanuate, ac proptera age-retur de vocatione aliorum propinquorum, qui essent de lineis, ac generibus omnino diuersis, vel quando ille personæ, que vere, ac naturaliter de eadem linea, vel eodem genere existentes, sunt neglec-tæ ac reputatæ extraneæ, ob qualitatem sexus, vel cognationis, in concursu ag-natorum diuersæ linea, vel sexus jam de*

de facto remanserint extraneos à successione; quia nempe successio, ob defectum masculorum lineae primogenitae ingressa sit aliam masculinam lineam secundo, vel ultro genitam, quoniam tunc fœminæ, & cognati habentur pro extraneis à prima linea, dum ab illa jam bona exierunt, atque transierunt ad aliam masculinam, qua deficiente, tunc potius continuationem, in eadem prætendere possunt fœminæ, vel cognati de ista secunda admissa, & possidente, quam illi de prima jam effecta extranea, & remota, ne detur gradus retrogradus regulariter non admittendus in concursu successionis. Ut pluries hoc eod. tit. ad vertitur, &c.

39 Et infra nūm. 11. ibi: Atque ita sequitur, quod fœmine, vel cognati lineae secundo, vel ultro genitæ esse dicantur melioris conditionis quam fœminæ, vel cognati lineae primogenitæ, & dilectæ, non quia secunda anteponatur prime eas ita de per se considerando per prius, & per posterius, juxta ordinem naturæ, seu vocationis, sed quia secunda masculina in quam, ob defectam primam masculinam, ingressa est, ac stetit primogenitura, effecta est prima, & caput totius generis, vel parentele, prima verò habetur pro extinta, & annihilata ad hunc effectum, & per consequens illæ fœminæ, vel cognati dicuntur nobiliores, qui sunt de linea actualiter magis nobili magisque qualificata ob possessionem primogeniturae, vel majoratus, atque referendum est fortunæ bonæ fœminarum secundæ lineæ, quod eis extantibus defecerunt alijs masculi ad quos eadem primogenitura transitum facere deberet, eorumque mala referant fœming, vel cognati primæ lineæ, quod in eis casus non contigit, ideoque magna est vis, ac ratio continuationis potius quam primi ingressus ob regulam, ut bona semel in unam lineam ingressa, ab ea non egrediantur, nisi ea totaliter evacuata, &c.

40 Optimè Rota in Roman. fideicom. de Coronis, que est dec. 520. apud Merlin. num. 17. ibi: Verum

cessat in presenti casu difficultas, quia fortasse posset dubitari, an attendenda esset proximitas testatoris, quando fit transitus ad aliam lineam, si hec alia linea esset ad fideicommissum vocata, & persona vi proximior testatori gravatus ad successionem adspirans esset de comprehensis in substitutione, sed cum vi supra in prima conjectura observatum fuit, non sint vocati nisi descendentes masculi ex illis nepotibus primis heredibus, & his deficientibus, filie fœminæ descendentes ex eisdem primis heredibus, utique inter istas personas vocatas non comprehenditur Laura, quæ est soror dumtaxat, non autem descendens ex primis heredibus, ET SIC NON INTRAT DISPUTATIO SUPER ILLIUS PROXIMITATE CVM NULLVM IVS AD FIDEICOMMISSVM HABERE POSSIT, &c.

41 His minimè obstarre possunt ea, quæ discussa manent in novissima Appendice à num. 133. ad num. 138. non quidem in primis DD. transcripti dicto num. 133. nam omnes intelligi debent concurrente expressa vocatione fœminarum lineæ postergatæ, non verò ea neglecta, ut ita declarat Canc. Var. part. 1. cap. 12. num. 60. circa medium in d.n. deductum, & allegatū, ut aperte probat illius verba, ibi: Et idem est ubi fœmina absolute, & non ad tempus esset in aliqua dispositione exclusa, quia cum tunc perpetuo esset exclusa nullo tempore nec ob defectum masculi admitteretur, cum eo casu defectus masculi nullum jus ei tribueret reluctante disponentis voluntate; ita Bald. in cap. 1. §. 1. per illum tex. Episc. vel Abb. in vsib. feud. Barth. in l. Fin. ff. ad Tertull. Angel. in l. Gallus. §. Et qui si tantum, ff. de liber. & posthum. Alexand. consil. 29. num. 7. lib. 1. Mennoch. consil. 585. num. 35. lib. 6. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 6. n. 22. & in terminis multum

D

Paul.

*Paul. de Castro in l. Maritus num. 5.
de procurator. Quod consilium valde
commendat Curt. jun. consil. 56. ad fin.
¶ Alexan. consil. 53. lib. 6. nec ab his
discedit inter multos per eum allegatos
Gaspar Thesaur. qq. forens. lib. 2. cap.
12. ante finem, ¶ clarissime omnium
hoc afferunt Paris. consil. 72. num. 100.
lib. 4. ¶ Cephal. consil. 52. ¶ 53. ex-
clusa siquidem sic fœmina simpliciter
censemur facta inhabilis, ¶ incapax
successionis, ut ex multis notat Soto
major lib. 3. quotid. controvers. cap. 15.
num. 96. Si fœmina non simpliciter ex-
clusa, potius dici impeditam existentia
masculi, quam exclusa, ¶ c. Et in
eisdem terminis loquuntur alii
DD. ibidemque citati.*

*42 Non secundo Fontan. de
pact. claus. 4. glos. 25. num. 17. & Re-
gia Senatus Auctoritas in illa sat
famigerata causa Nob. Petri Vila,
& Clasqueri, cum Nobili Phede-
ricico Meca de anno 1603. & ite-
rum de anno 1700. quia Fontan.
loquitur in terminis dispositionis
Geraldi de Clasqueri antiquioris,
& in ea, quæ scmel, iterumque in
dicta causa discussa, aderat expre-
sa vocatio liberorum fœmenini
sexus trium filiorum masculorum
a testatore vocatorum, ut ita pun-
ctum apparet ex dicta dispositione
Geraldi de Clasqueri antiquioris,
in utraque ex dictis Regiis Sen-
tentiis relata, & intertexta; qua
propter cessante expressa vocatio-
ne liberorum fœmenini sexus
trium filiorum masculorum dicti
Arnaldi de Orcau testatoris, imo
concurrente illorum expressa, &
perpetua exclusione, tam respectu
dictorum filiorum, quam libero-
rum masculorum dictæ Eleonoris,
& filii secundo geniti masculi
Nobilis Bernardi Galcerandi de
Pinos sequitur evidentissimè inu-
tiliter applicari quæstionem supra
dictam postergationis, quæ omnino
extranca est a casu nostro, neque*

*ex ea potuisse succedere in dicta
Baronia Egregium Comitem de
Erill, vt hæredem Perillustris
Margaretæ illius matris.*

*43 Neque jure proprio tam-
quam masculus descendens ex
dicta Nobili Eleonore filia testa-
toris, seu ex filiis masculis illius
expressè vocatis in dicta testamen-
taria dispositione: Nam quid quid
sit de quæstione ardua, & celebri,
passimque à DD. pertractata, an
sub vocatione dependentium
masculorum veniant vocati, mas-
culi ex fœminis, quam commu-
nem omnium classicorum, tam
consulentium, quam tractantium,
& judicantium affirmativam op-
inionem appellat dicta novissima
Appendix num. 146. pluribus ibi-
demque citatis, et si inepte, cum
clarum equivocum videtur, quæ-
stionem hanc generaliter, ac in
abstrato sumptam dici posse com-
munem, & veriorem affirmativam
neque in ea certam, & determina-
tam regulam statuere, cum revera
vti dependentem ex voluntate
testantium, & singulorum casuum
circumstantiis ad instar omnium
aliarum quæstionum in ista mate-
ria fideicommissaria cadentium,
nulla certa uniformis, ac generalis
regula constitui possit, nullaque
communis, & certa opinio, cum
pendeat à testantis voluntate, de
quibus liberis masculis ipse cense-
rit, ut ita respondet Vlpianus in l.
Ex facto 17. §. Si quis rogatus 4. ff. ad
Trebell. ibi: Voluntatis quæstio, Vide-
bitur esse de quibus liberis testator
censerit; sed hoc ex dignitate, ¶ ex
voluntate, ¶ conditione ejus, quæ
fideicommissit accipendum erit, ¶ c.
Et passim animadvertisit Eminent.
Cardinalis de Luca, circa hanc
nostram quæstionem, in tract. de
fideicom. discurs. 24. num. 6. discurs.
25. num. 6. ¶ 7. discurs. 26. à num.
2. ¶ seq.*

Qua

44 Quapropter, licet uti ve-
riorem, & communiorem senten-
tiam admitteremus sub vocatione
descendentium masculorum com-
prehendi masculum ex foeminis,
ubi expresse, nec tacite fuit con-
templata per testatorem agnatio-
(in quibus terminis loquuntur
omnes DD. in dicta novissima
Appendice citati dict. num. 146.)
nam concurrente expressa , aut
tacita agnationis contemplatione
elicita ex conjecturis , pro ut con-
currerit in hoc casu, magis communis
magisque recepta est opinio ne-
gativa, quod sub simplici, & indefi-
nitâ vocatione descendentium
masculorum non continentur
masculi ex foeminis , sed masculi
ex masculis, Ioan. Andr. in addit.
ad speculat. rub. de testam. circa fin.
Socin sen. confil. 12. num. 5. lib. 3.
Gabriel. confil. 116. num. 4. 10. &
11. lib. 2. Mennoch. confil. 802. num.
36. lib. 9. Surd. confil. 508. num. 14.
lib. 2. Laderch. confil. 155. col. fin.
Redenasch. confil. 10. num. 101. &
seq. Altograd. confil. 66. num. 1.
& confil. 89. num. 4. Versic. Maxime,
lib. 2. Valenz. confil. 97. num. 128.
Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. num.
48. ibique Addent. num. 45. et seq.
Versic. Primus casus , Mantica , de
conject. lib. 8. tit. 18. num. 20. Peregr.
de fideicom. art. 26. num. 12. Fusar. de
subst. quest. 325. num. 10. Marescot.
Var. lib. 2. cap. 144. num. 2. Vela,
dissent. 49. num. 72. in fin. lib. 2. Faber.
in Cod. lib. 6. tit. 19. diffus. 1. & de error.
derad. 28. error. 8. num. 26. de Philipp.
dissent. Fisc. 38. num. 51. Fontan. de
paet. claus. 4. glof. 25. num. 15. Decis.
Ciciliae impref. penes Cardin. de
Luca, de feud. art. 4. sub. num. 385.
Rota decis. 95. num. 16. part. 11. &
dec. 415. num. 34. part. 12. recen.

45 Hanc veritatem agnove-
runt quotquot sunt DD. in dicta
Appendice citati, & in primis eam
probant Cardin. de fideic.

citat, discurs. 24. num. 15. Altograd.
jun. contr. 40. num. 1. & contro. 69.
num. 5. & 36. Bonden. colluct. 35.
num. 106. vol. 2. & clarius colluct. 25.
num. 121. ibi : Secundò respondetur,
quod omnes ex ad verso allegati, & qui
ad idem allegari possent admittunt
indistinctè masculos ex foeminis non
comprehendi, si conservandæ agnationis
habita fuit ratio, &c. Et acerrimus
masculorum ex foeminis defensor
Ioan. Baptist. Larrea decis. Granat.
34. num. 23. ibi : Cujus rei decidendæ
ratio circa id præcipue versatur, quia
omnes Interpretæ nullo deimpro, qui
discutiuntur de hac questione , cum
renuerint masculos ex foemina non com-
prehendi appellatio filiorum descen-
dentium masculorum, limitandam eam
traditionem censuerunt, quoties in dispo-
sitione non agitur de agnatione conser-
vanda ; quia si fideicommissum , vel
primogenitum non fuerit agnatum, tunc
ejus substitutionibus, que masculos solum
admitunt, etiam masculos ex foeminis
comprehendi, &c.

46 Quin pariter attingenda
fit , & disputanda questio , an
masculus ex foemina , cessante
concurso masculorum, ex masculo
admitti debeat ad successionem,
quam attigit dicta novissima Ap-
pendix num. 148. ex Mantic. de
tacit. lib. 22. tit. 16. num. 13. Rota
coram Cerro, decis. 682. num. 7. &
dec. 84. num. 12. part. 10. recent. &
decis. 14. in recollect. super mater. de
fideicom. Cardin. de Luca , quia
haec questio dumtaxat intrat con-
currente expressa vocatione præ-
lativa testatoris in favorem mas-
culorum ex masculis, & subsidiaria
in favorem masculorum ex foemi-
na (in quibus terminis loquuntur
supradicti DD.)

47 Secus hac subsidiaria voca-
tione masculorum ex foemina o-
missa, seu neglecta, imò concurren-
te perpetua , & omnimoda exclu-
sione foeminarum , quia tunc sub-

appellatione descendantium masculorum non continetur masculus ex foemina, pro ut nec quando est contemplata agnatio, eruditè Rot. decis. 31. à num. 4. ad 7. in recollect. super mater. de fideicom. Cardin. de Luca, ibi: *Quæ exclusio pariter procedit quo ad equitem Franciscum Mariam licet masculum, sed ex dicta Maria Magdalena primogenitum, quoniam cum ex toto testamento colligitur fideicomitem voluisse qualitatem masculinam ex masculo ab initio primarum substitutionum ex vigore illorum verborum: ex sua linea masculina, quæ per solos masculos ex masculis componitur, & eformatur. Ventur. consil. 25. num. 33. cum seq. Alto-grad. consil. 80. num. 77. cum seq. lib. 2. Andreol. contr. 271. per tot. Rota coram Coccin. decis. 2127. num. 11. coram Bicch. dec. 293. à num. 6. coram Celf. dec. 34. num. 7. coram Priol. dec. 402. num. 5. in recent. dec. 33. num. 1. cum seq. part. 7. dec. 415. num. 12. part. 12. & dec. 445. num. 6. & 7. part. 18. & de prole masculina in Roman. fideic. de Moronis. 10. Maij proximè præteriti §. Quandoquidem coram R. P. D. meo Pio. atque ob exclusionem foeminarum per viam regulæ ex Rota in recent. dec. 519. à num. 13. part. 13. & coram Cardin. Cerr. dec. 910. num. 3. cum seq. & in Narnien. fideicom. de capitionibus 9. Maij 95. §. Fin. coram me. Ita ut, tametsi regulariter sub appellatione descendantium masculorum veniant etiam masculi ex foeminis ad celebre consil. Fulgos. 35. num. 1. & 2. amplexum per Rotam, & signanter in pluribus allegatis in Roman. fideicom. 8. Martij §. Data autem perpetuitate. Et 28. Iunij præcedentis anni §. Quamobrem coram Reverendis. D. meo Decano in hoc tamen casu ab illo receditur, & dumtaxat masculi ex masculis admittuntur, non autem masculi ex foeminis, Rota inter divers. decis. 150. num. 8. part. 2. in recent. decis. 95. num. 22. part. 11. decis. 69. à num. 8. dec. 17. &*

in dict. Roman. fideicom. de Moronis. eod §. Quandoquidem coram R. P. D. meo Pio. VBI NEC ETIAM IN SVBSIDIVM MASCULVS EX FÆMINIS ADMITTI POSSET, CVM SUBSTITUTIO DE ILLIS NON LOQUATVR, &c.

48 Pulchrius Ioan. Torre de majorat. cap. 25. §. 15. num. 154. ibi: In primis notandum est, quod foeminarum inclusionem, vel exclusionem à fideicommissis, primogenitulis, & majoratibus ad hoc ut foemina possit aliquando admitti ad fideicommissum, masculis deficientibus, necesse est, quod ostendat se esse vocatam ad successionem, ut potè quando nomine collectivo possunt comprehendendi in dispositione, sed aliqua ratione earum admissio suspenditur, ut alij preferantur ad tex. in l. Cum ita, §. In fideicom. ff. de legat. 2. l. Gallus. §. Quidem recte, ff. de liber. & posth. Venturin. consil. 25. num. 121. vers. Secundò huc, & plenissime decis. 323. num. 7. part. 12. recent. Alias enim quando non sunt à principio comprehensa in dispositione, frustra agunt pro earum admissione deficientibus etiā masculis, non enim successivè successioni locus esse potest, nisi inter eos, qui sunt in dispositione comprehensi, Gabriel. consil. 132. num. 55. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 27. num. 28. & seq. Fusar. de sulfit. quest. 311. num. 35. Venturin. d. consil. 15. num. 122. Burat. dec. 272. num. 17. & decis. 450. num. 4. decis. 323. num. 7. part. 12. & prius firma verat eadem Rota dec. 217. num. 4. dec. 431. n. 2. part. 2. recent. cum concordantibus in dec. 462. num. 16. part. 14. & dec. 527. n. 13. part. 15. Addent. ad Molin. lib. 3. cap. 5. n. 30. & 38. §. Prima conclusio, Alto-grad. Iun. contr. 34. num. 10. & seq. lib. 1.

49 His enim minimè obstat responsio adducta in dicta novissima Appendix num. 178. vbi licet agnoscatur agnatitium fideicommissum ordinatum ab Arnaldo de Orcau

Orcau antiquiore, limitatè, & re-
strictivè, tamen inter filios masculos ipsius testatoris, eorumque de-
scendentes masculos, non verò ex-
tensivè post vocationem filiorum
masculorum dictæ Nobilis Eleo-
noris, & filii masculi secundo ge-
niti dicti Nobilis Bernardi Galce-
randi de Pinòs, quorum respectu
proclamat remanere dictum fidei-
commisum cum naturali, & regu-
lari simplicis masculinitatis qua-
litate, ex Castill. lib. 5. contr. cap. 133.
num. 2. vers. Finge testatorem, & num.
7. Altograd. sen. consil. 66. tom. 2.
num. 51. & 83. & pluribus aliis ci-
tatis, Altograd. Jun. controv. 40.
num. 8.

50 Nam respondetur supradictam ratiocinationem non pro-
cedere, quando in dispositione
facta in favorem descendantium
masculorum fuit contemplatus fa-
vor agnationis, à qua exclusa fœ-
mina censentur etiam exclusi ejus
descendentes masculi, cum ad eos
non se extendat testatoris disposi-
tio, vt pluribus relatis probat
Ioannes Torre de majorat. cap. 25.
§. 24. num. 265. ibi: Sed re vera con-
clusio ista quando in dispositione fuit
favor agnationis contemplatus, tunc
enim adaptatur regula, quod fœmina
exclusa, ejus etiam descendentes, licet
masculi dicantur exclusi, &c. Et num.
384. vers. Quandò autem, ibi: Quandò
autem versamur in terminis majoratus
vel alterius fideicommissi à primoge-
nitura distincti, tunc pariter distinguen-
dum arbitror. Vel fuit in eo contempla-
ta agnatio; & tunc masculus ex fœ-
mina nequaquam venit ad successio-
nem, etiam si deficitat masculus ex mas-
culo, quia non habet vocationem testa-
toris, neque ex natura dispositionis cen-
setur vocatus, &c. Secùs verò dicto
contemplationis agnationis favore ces-
sante, in quibus terminis loquuntur DD.
num. antecedenti citati.

51 Nec cessante dicto agna-

tionis favore, pro regula certa, &
indubitata sumi valet, quod voca-
tio descendantium masculorum
comprehendat masculos ex fœmi-
na, sed hoc pendet à singulorum
casuum circumstantiis, aut enim
agitur de fideicommissarijs dispo-
sitionibus quemdam necessarium
succedendi ordinem ex sola vo-
luntate disponentis inducentibus
in bonis indiferentibus de sui na-
tura ad quoscumque transitorijs,
in quibus spectato ordine succes-
sionis ab intestato par est agnato-
rum conditio, sublata de jure no-
vissimo differentia, an verò de
dispositionibus, vel concessionibus
bonorum, vel jurium differentium,
quæ de eorum regulari natura, sive
ob concessionem odilitatem, &
præjudicialitatem non conveniunt
nisi masculis agnatis; nam in isto
secundo casu fundato in L. 1. & in
L. Immunitas, ff. de jur. immunit. in
dictis enim concessionibus dum
taxat sub vocatione descendantium
masculorum, comprehenduntur
masculi ex masculis, exclusis pror-
sus masculis ex fœminis, ne dum
ratione præjuditij resultantis Prin-
cipi, seu Civitati concedenti, sed
alterius majoris resultantis alijs
Civibus, vel subditis, quorum onus
per hujusmodi exemptiones majus
redditur, sed etiam ex natura ip-
sarum concessionum, que strictè
sunt intelligendæ, in quibus ter-
minis loquuntur Giurba, observat.
77. Rovit. super Pragmat. de feud.
num. 12. cum seq. & alij, vt ita distin-
guit Cardin. de Luca, de fideicom.
discurs. 24. num. 7. vers. Quare. Primo
verò in casu, plures subdistinguendi
sunt casus, aut enim agitur de
dispositione ordinata per fœminam,
in favorem ejus filiorum, &
descendantium masculorum, &
tunc quia tales filij, vel descenden-
tes esse non possunt de fami-
lia testatoris, minimè dici valet

E cor.

contemplata agnatio, sed dumtaxat sexus, & sub appellatione descendientium masculorum continentur masculi ex foeminae, & in his terminis loquuntur Fulgos. dicit consil. 85. & quod sunt ejus sequaces, aut de dispositione ordinata a masculo, sive a foemina directe tamen primario in cognatos, qui futurae masculinæ posteritatis stirpites constituantur, quia nempe instituantur filij ex filiabus, vel filij ex torofibus, eum fideicommisso masculino, nam in eo casu etiam sub vocatione descendientium masculorum veniunt omnes masculi, tam per masculum, quam per foeminam, spectato solo sexu, & non curato medio, aut tandem agitur de dispositione facta per testatorem masculum spretis foeminae, etiam filiabus proprijs cognitis, & dilectis institutis filiis, & descendientibus, ac transversalibus masculis, nam in hoc casu regula est ut in dubio contemplata censeatur agnatio, & sub vocatione descendientium masculorum dumtaxat veniunt masculi agnati, & per masculum, ut sic eruditè distinguit Cardin. de Luca, de fideicom d. disc. 24. à num. 10. an fin.

an 52 In omnibus casibus benè adverbit idem Cardin. de Luca, quod licet regula in dubio sit in favorem masculorum, ex solis masculis, aut in favorem masculorum ex foemina, pro ut casus veniret, ab ea tamen receditur concurrente expressa, vel tacita voluntate testantis in contrarium, quia in hac fideicommissaria disputatione voluntas disponentium omnino virtutis regina, est attendenda, ac facit cessare quamlibet juris presumptionem ex facti circumstantiis presumptam, quæ dumtaxat sunt operativa in dubio, ac seclusis contrariis presumptionibus, & conjecturis urgentioribus ad effe-

ctum transferendi onus probandi contrarium, benè Ioan. Torre, de majrat. in prefat. cum ergo in casu nostro agatur de dispositione ordinata ab Arnaldo de Orcau antiquiore testatore masculo in favorem Raymundi Rogerij de Orcau, Arnaldi Rogerij de Orcau, & Ioannis Rogerij de Orcau filiorum masculorum testatoris, & eorum descendientium masculorum, nec non masculorum transversalium agnatorum, neglectis, & omissis filiabus dictorum filiorum, & descendientium masculorum ex eis, sperata etiam Nobili Eleonore propria filia cognita, & dilecta dubitari non licet nostram questionem comprehendendi sub tertio casu num. antecedenti relato, & approbato per d. Cardin. de Luca, de fideicom d. discurs. 24. num. 15. præmaxime deficiensibus contrariis presumptionibus, & conjecturis limitationem dictæ regulæ faventibus, quæ prorsus deficiunt.

53 Supradicta conturbari minime valent, negando in dispositione dicti Arnaldi antiquioris reperiri vocationem expressam masculorum transversalium agnatorum, quia haec sat clara dignoscitur in versic. fin. dictæ testamentarie dispositionis incipiente: *Et in defectu omnium, & singulorum predictorum, &c. in quo masculi agnati transversales comprehendendi posse non est dubitandum:* Coine. consil. 273. sub num. 4. lib. 4. Fusar. de sulfite. quest. 499. num. 1. & seq. Episcop. Rocca, disput. jur. select. tom. 1. cap. 19. num. 9. Ariot. Beniel. consil. 6. num. 94. Ratio autem fundatur, quia in dict. versic. non fuerunt vocati masculi simpliciter, & absolute, sed cum duplice qualitate, proximitatis scilicet ipsius testatoris: *Ad masculum tunc proximorem nobis, & generi nostro in gradu parentele, &c.* Et quod dicta vocatione sit metienda

metienda cum eisdem regulis, & qualitatibus in antecedentibus vocationibus, & substitutionibus præexpressis, ibi: *Iuxta modum, et formam superius expressatam volumus per venire.*

54 Cùm ergò probatum maneat in prioribus institutione, & substitutionibus, in dicto testamento ordinatis resultare fideicommissum masculinum agnatitium in favorem omnium descendantium masculorum ex filiis, nepotibus, & extraneis antecedenter vocatis, concludendum est fideicommissum ordinatum in dicta posteriori clausula testamenti: *Verum declarando etiam, et ceteris pariter agnatitium esse in favorem masculorum transversalium, aut aliarum personarum habentium easdem qualitates, quibus vestiuntur antecedenter vocati præmaxime stante dicta clausula: Iuxta modum, et formam superius expressatam, et ceteris, cujus natura, est repetitiva, ne dum omnium casuum antecedenter expressorum, sed etiam omnium qualitatum, Dec. consil. 1. num. 212. lib. 2. Curt. jun. consil. 43. num. 11. Mennoch. consil. 900. num. 19. Odd. de fideicom. quest. 14. num. 152. Redenach. consil. 35. num. 9. Episcop. Rocca, select. jur. disput. cap. 19. num. 18. Cardin. de Luca de fideicom. discurs. 28. num. 12. discurs. 32. num. 9. Rota in recollect. per Cardin. de Luca super mat. de fideicom. decis. 28. num. 6. cum seq. et passim.*

55 Quin his minimè obesse possit consideratio deducta ex supradicta clausula: *Iuxta modum, et formam superius expressatam, et ceteris videlicet, quod hec dumtaxat inducit, & operatur ordinem, & modum successionis, minimè vero qualitatum, seu substitutionum præcedentium repetitionem ex deductis per Surd. dec. 319. num. 8. Barbol. diction. 296. num. 3. et dict.*

491. num. 1. Cassanat. consil. 36. num. 6. Rotta, in recollect. per Cardin. de Luca super mat. de fideicom. decis. 7. num. 1. et 16. et decis. 20. num. 2. Casareg. resol. 10. num. 19. cum seq. Fontan. de pact. claus. 4. glos. 256 num. 15. Quia verius, & receptius est supradictam clausulam ne dum repetitivam ordinis, & modi succedendi esse, sed etiam omnium conditionum, & qualitatum, prout de clausula: *Vt supra est rex in l. Assento, de hered. instituend. Paris. consil. 19. num. 71. et 72. lib. 2. Deo. consil. 287. num. 10. Vers. Hoc maximé, Surd. consil. 448. num. 17. Mart. de claus. part. 1. claus. 201. Altogr. consil. 78. num. 4. Vol. 2. et contro. 38. num. 50. Rocca disput. jur. select. cap. 124. num. 22. tom. 2. Rota decis. 514. num. 4. et 5. part. 4. tom. 3. recent. vbi contrarium dicere memram divinationem esse affirmat, et decis. 309. num. 12. et 13. vbi affirmat ne dum repetere omnes qualitates supra expressas, sed etiam omnia, nempe locum, tempus, modum, personas, substitutiones, & alia, Sabel. §. Dictiones 18. num. 36. Qua propter, cum non agamus de repetenda qualitate masculinitatis, in collectivè vocatis sub nomine indifferenti, ac capaci personarum viriusque sexus, in quibus terminis intelligi debent quotquot sunt DD. contrarii; sed in terminis continuationis ejusdem fideicomissi agnatitii in favorem masculorum proximiorum dicto testatori, & ejus generi non aliam qualitatem repetere potest supradicta clausula, quam fideicomissi agnatitii antecedenter indueti, ex tot tantisque conjecturis supra exarat.*

56 Obesse tandem non potest alia consideratio deducta ex eadē clausula: *Et in defectu omnium, et singulorum predicatorum ad masculum tunc*

tunc proximiorem, nobis, et generi nostro, &c. in qua dictus testator post factam mentionem omnium descendantium masculorum ex dictis tribus filiis suis masculis, & descendantium masculorum filii masculi secundo geniti Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinos masculum proximiorem sibi, & generi suo, in gradu parentelæ vocavit, sub qua vocatione masculi proximioris defectis jam omnibus, & singulis masculis supradictis, non alii masculi comprehendendi possunt, quam masculi ex foeminis, aut dicti testatoris, eorumque filiorum, seu dictæ Nobilis Eleonoris, aut filii secundo geniti dicti Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinos, alias superflua esset dicta masculorum proximiorum vocatio, vt ratiocinatur dictus Perillustris Comes in Memoriali incipiente: Pretendese por nostro Egregio Conde, num. 93.

57 Quia respondetur dictam instantiam non procedere, nec applicari, vt fatetur novissima Appendix num. 186. & libenter admittimus, sed non ex eadem ratione dicto num. 186. adducta, sed ex prorsù diversa, nimirum, quia absque superfluitatis labore sub dicta vocatione, & retenta eadem qualitate fideicommissiagnatitii, verificabiliis dicta masculorum proximiorum vocatio est in aliis diversis personis, ultra vocatas, quales erant, seu esse poterant descendentes masculi ex filiis masculis testatoris in dicto testamento omissis, filii, seu descendentes masculi ex fratre testatoris, masculi descendentes ex Burdo de Orcau filio testatoris, masculi descendentes ex filiabus filiorum vocatorū, & tandem masculi descendentes, ex aliis filiabus dicti testatoris, qua super fluitate cessante ob existentiam tot, tantorumque perso-

natumquē novum minime induci potest fideicommissum ad diversum genus personarum non vocatarum, uti sunt dicti masculi ex foeminis omnino omissis, & neglectis in dicta testamentaria dispositione, vt bene ponderat Cardin. de Luc. de fideicom. discurs. 28. num. 13. & 14. his aureis verbis: Neque ratio absurdī, vel in verosimilitudinis apta est inducere vocationem ubi non adeſt, quoniam non queritur, cur testator voluerit, sed quid voluerit, ideoque absurdorum, vel in verosimilitudinis consideratio efficax reputari solet pro interpretatione in casu merē ambiguo, non autem pro inducenda nova dispositione, ut benepluribus antiquioribus relatis habetur apud Cyriac. controly. 281. num. 34. cum pluribus sequentibus, & in his terminis individualibus per Rotam insuperius allegat. Bononien. fideicom. de Amorin. coram Melcio post colluct. Boniden. 52. & 66. Vhi hoc absurdorum, ac in verosimilitudinis motu negligitur, etiam in casu fortiori quod fideicommissum non spiraret, sed ultre durationem haberet faciendo transiū ad personas penitus extraneas juxta dictum casum, de quo infra discurs. 30. multo magis in presenti quoniam, ut infra in hac materia pluries advertiūtur, sat videtur principium ab solutum maxima differentia est inter casum in quo agatur de terminando servitatem fideicommissi, atque inducendo bonorum libertatem cuius favor exigit, ut in dubio pro ipsa contra fideicommissi continuantem servitatem respondendum sit, ac facienda interpretatio juxta opinionem magis communem, & in foro, presertim vero in Rot. receptam, deductis apud Ottob. decis. 355. in fin. & passim, & casum in quo agatur de continuatione fideicommissi ejusque transiū ad genus absque dubio minus dilectum, & subsidiarie vocatum, &c. Quem allegat, & paucis verbis recitat de Casa Reg. resol. 9. num. 58. in fine, ibi: Quam sequitur

sequitur Eminent. de Luca discurs. 28.
num. 13. ubi admonet officium Iudicis
esse testamentum interpretandi, non
autem novum condendi, &c.

58 Supradicta enim personarum existentia, in quibus est verificabile fideicommissum agnitionis ordinatum in supradicta clausula omnino efficax est ad excludendum novum fideicommissum in favorem personarum diversi generis antecedenter vocati, cum in suo casu operativa sit in favorem dictarum personarum, & cuiuslibet earum omnino prorsus exclusa superfluitatis labo, quin inducat novum fideicommissum, novamque diversi generis personarum vocationem, quod sufficit, ut contra fideicommissi novi servitutem respondendum sit, ac facienda interpretatio, & verificetur regula, quod semel exclusus perpetuo maneat exclusus, ut per pulchrè dixit R. Senatus referente Magnifico, ac literatissimo Dominico Aguirre hujuscemodi nostrae causæ Relatore Regia Sententia lata 20. Octobris 1698. in causa Priorissæ, & Conventus Monialium Beatæ Mariæ de la Ensenyansa, & Raphaelis Cerdá, & Maduixer in actis Cervera, quæ licet in terminis qualitatis Religionis, apprimè casui nostro applicantur, ibi: Constat testatorem disposuisse generaliter, & per modum regulæ ne excluderetur ab ejus successione ultimus substitutus quamvis Religiosus esset tempore aperti fideicommissi, vel quamvis post agnatum fideicommissum Religiosus efficeretur, non autem disposuisse novum fideicommissum in favorem Religiosi jam exclusi, & ultimi superviventis, ut eiusdem hereditatis delatio fieri possit cujusquidem regulæ, vel dispositionis plures potuissent contingere casus videlicet, &c. Et ibi: Nec dici valeat superfluo extare hanc clausulam per-

misionis succedendi in favorem ultimi substituti Religiosi, cum etiam sine ea ultimus substitutus Religiosus habiturus fuisset liberam hereditatem, non obstante prohibitione succedendi, cum prohibitio non posset comprehendere ultimum substitutum, non habentem alium cui fideicommissum restituere posset, quapropter ne superflua dicatur dicta clausula pretenditur novum venire inducendum fideicommissum in favorem superviventis Religiosi jam exclusi: Quia respondetur, quod minimè superflua dicta clausula est quamvis novum ex ea non inducatur fideicommissum, nam licet ab ultimo substituto semel admisso non auferretur postea hereditas per Religionis professionem impediretur tamen fideicommissi delatio in favorem ultimi substituti jam Religiosi, reportesi de mortis penultimi substituti reperiatur ultimus substitutus Religiosus professus iste esse penitus exclusus in vim prohibitionis, & ille haberet bona libera, attamen vigore hujus clausula permissionis inducitur, ut penultimus substitutus, ultimo substituto jam Religioso hereditatem restituere teneatur, ideoque clausula predicta tamquam efficax in suo casu, superflua dici non potest, quamvis per eam novum non inducatur fideicommissum, in favorem ultimi superviventis Religiosi jam exclusi, &c. Quæ fuit confirmata Regia Sententia lata, referente Nobili Francisco de Verhamon 12. Octobris 1702.

59 Argui, nec tandem fundari valet novum fideicommissum in favorem masculorum descendantium ex feminis neglectis, & omissis in dicta testamentaria dispositione, ex quo sicut inter filios masculos dicti testatoris vocatos, & eorum descendentes masculos fuit considerata quædam linea universalis de uno in alium, servata semper inter eos prærogativa linearum, & ætatis, & inter

filios, & descendentes masculos ex Nobili Eleonore filia, ac tandem inter filios, & descendentes masculos dicti filii secundo geniti masculi Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinos, ita his extintis, ex presumpta mente dilponentis inducta censeri debet, alia linea feminarum, seu potius masculorum ex eis descendentiū, inter quos pro gredi debet successio per eundem cursum, quo decurseret successio inter descendentes masculos ex masculis sumendo hanc vocationem ex prædilectione testatoris qui præsumitur quod juxta ordinem quo prædilexit, ac prætulit masculos, per eundem prædilexisse, ac præferre voluisse masculos ex feminis descendentes, ex Decian respons. 21. num. 3. vol. 3. *Herminigil. Roxas de incompetib. par. 3.c.4. num. 62.* aquo mutuavit verba Carol. Anton. de Luca, *de lin. legal. art. 11. num. 20. Castill. lib. 5. controly. cap. 92. num. 76. vers. linea Peguet. decis. 117.* & aliis relatibus Ioan. Torre de majorat. dict. cap. 25. §. 17. num. 172. 177. & 281. tom. 1. Ex qua tacita vocatione masculorum descendientium, ex feminis inducta centeri debet vocatione dicti per Illustris Comitis de Eriti masculi descendentes ex dicta Illustri Marchionissa de Castelnou filia Egregii comitis D. Alfonsi secundi, descendentes ex filiis masculis dictæ Nobilis Eleonoris.

61 Nam respondetur supradictam tacitam vocationem in favorem masculorum ex feminis neglectis, & omissis desumptam ex prædilectione, ac presumpta mente testatoris, dum taxat habere locum in Dignitatibus, & primogenitutis hispanicis, ob eorum naturam, & legalem perpetuitatem, secus vero in aliis fideicommissis ampliibus ordinariis, & regularibus agnatitiis in quibus nedum

déficiente vocatione expressa, seu tacita ex conjecturis elicita non habet locum supradicta tacita universalis vocatione in favorem masculorum ex feminis omissis, & neglectis imo semel exclusis, perpetuo censetur exclusus, ut optimè sic distinxit Ioan. Torre de majorat. dict. cap. 25. §. 24. num. 282. cum seqq. in terminis quæstionis in appellatione descendentiū masculorum veniat masculi ex femina, & quando ibi: *Multi volunt quod appellatione descendientium masculorum veniat masculus ex femina quando amplius non extat masculus ex masculo Pelaez dict. quest. 6. num. 272. vers. non ex eo D. Mansi. dict. consult. 198. num. 20. secus vero quando extat; quia eo casu licet remotor succedit Cardin. de Luca ubi supra diel. discurs. 24. num. 13. de fideicom. ubi plures afferuntur declarationes in materia.*

At ne in equivoce ambulemus. Ego puto distinguendum esse.

Vel agitur de primogenitura propriè sumpta, & juxta leges Hispanie, vel de majoratu primogenitali dispositione contra distinctio, ac aliis similibus fideicommissis.

Primo casu quando est sermo de primogenitura ordinata pro conservatione agnationis, tunc certum est quod donec extat masculus ex masculo, non est locus successionis favore masculorum ex feminis, quia agnati non sunt, eis vero extintis veniunt masculi ex femina quia dum primogenitura est perpetua, post masculos agnatos admitti debent cognati, & demum ipse femina que post masculos ut alias adnotavi veniunt in primogenitura.

Si vero agatur de primogenitura ordinata favore descendientium masculorum nulla facta mentione agnationis, tunc masculus ex masculo preferitur, quando sunt ambo in eadem linea, & gradu, si vero masculus ex femina sit proximior ille veniet admittendus, & demum omnibus masculis extintis,

DE COMUNI EXCLUSIONE
ejusdem per Illustris Comitis de
Erill, & aliorum lutis
consortium.

femine; que semper admitenda est ad primogenitaram post masculos, ex peculiari lege primogeniturarum Hispaniarum.

Quando autem versamur in terminis majoratus, vel alterius fideicommissi, à primogenitura distincti, tunc pariter distinguendum arbitor, vel fuit in eo contemplata agnatio, & tunc masculus ex femina nequaquam venit ad successionem, etiam si deficiat masculus ex masculo; quia non habet vocationem testatoris, neque ex natura dispositionis censetur vocatus, pro ut in primogenituris.

Si versamur in majoratu, vel fideicommissio non agnatatio, appellatione descendantium masculorum absque dubio pariter admituntur masculus ex masculo, & masculus ex femina data inter eos gradus prælatione & juxta Ordinem successionis ab intestato semper feminis exclusis, que nequaquam dici possunt vocatae quando de sexu masculino fuit facta mentio; neque veniunt ex natura dispositionis, ut in primogenituris. ET HÆC NI
FALLOR EST MERA VERITAS,
&c.

Cum ergo in præsentiarum agatur de fideicommissio agnatatio contra distincto, à primogenituris, & majoratibus Hispaniarum, in quo minime vocati reperiuntur masculi ex feminis omissis, & neglectis, atestatore, sequitur inde evidentissimè per per Illustrem Comitem de Erill, etiæ descendenter masculum, ex dicta Nobili Eleonora admitti minime posse ad successionem controversæ Baroniæ, ut vocatum, à dicto Nobili Arnaldo testatore, sed prorsus exclusum esse, à dicta successione.

63 **L**icit hucusque dicta circa intelligentiam clausula: Et indefectu omnium, & singulorum, &c. Comunem exclusionem omnium littis consortium clarissimè probant, alia speciali circumstantia, etiam communiter repelluntur, nam inspecto arbore vniuersusque genealogia evidenter patet, quemquam eorum descendere à dicto Nobili Arnaldo testatore per duplex medium femininum, nimirum Nobilis Raymundum Gillermum de Bellera, & calva, &c. Baronem de Sant Vicens, à Nobili Ioanna de Orcau, filia primogenita Raymundi de Orcau, testatoris nepte, & à Nobili Praxedo de Ansa nepte dictæ Nobilis Ioannæ de Orcau vxoris Petri de Ansa, & omnes aliis littis consortes à Nobili Eleonore testatoris filia mediante etiæ alia femina nimirum per illustrem Comitem de Erill, Illustri Marchionissa de Castellnou Margareta de Erill ejus matre, Egregium Comitem de cavalla mediante Marquesia de Erill uxore Nobilis Ioannis de Boxadors filia Petri Iudovici de Erill, & Nobilem Laurentium de Barutell mediante Ioanna de Erill uxore Nobilis Vgonis de Barutell, filia Nobilis Ioannis de Erill, & Sorore Nobilis Don Oldegarii ultimi masculi descendenter ex filiis masculis dictæ Nobilis Eleonoris, ideoque minime comprehendi possunt sub dispositione contenta in supradicta clausula, nedum ratione contemplatae agnationis per testatorem, sed etiam quia ea seclusa sub vocatione masculorum proximiorum nobis, & generi nostro in gradu parentelæ, contingere.

re minime valent masculi descendentes ex fæminis per duplex medium fæmininum.

64 Hæc quæstio licet admodum controversa sit inter DD. & affirmativa opinio receptissima, & sequuta pro regula sit in favorem omnium masculorum expectato solo sexu, & non curata pluralitate medii feminini, quam sequuntur DD. in l. 1. Cod. de condit insert. & antiquioribus relatis Mandel. Consil. 86. num. 4. Menoch. Consil. 802. num. 35. 50. & 70. cum seq. Mart. Consil. 61. num. 29. cum seq. Bellon. Consil. 72. & 73. Larrea decis. 34. & 54. Rotta, decis. 6. 6. part. 1. divers. decis. 15. part. 2. decis. 402. num. 29. part. 9. recent. decis. 84. num. 10. part. 10. & decis. 78. num. 2. & 3. part. 11. relatis per Cardin. de Luca defideicom. discurs. 28. num. 5. & alter de Luca de lin. legal. art. 10. à num. 14.

65 Attamen communis, vera, & recepta est limitatio ubi constat de contraria expressa, vel conjeturata testatoris voluntate, quæ etiam hodie pro regula recepta est, occasione respondendi DD. contrarium affirmantibus, ut bene idem Cardin. de Luca pluribus laudatis Rottæ decis. probat dict. discurs. 28. num. 6. & discurs. 29. num. 5. discurs. 31. num. 3. quæ propter pro vera hujus intricatae quæstionis resolutione inspicendum est anversemur in terminis regulæ generalis, an vero limitationis prædictæ, & in hac versari ex pluribus conjeturis passim, a DD. admissis manifestum fiet.

66 Nam inspecta tota serie testamentariæ dispositionis prædictæ evidenter colligitur quod Nobilis Arnaldus ambitione affectans ejus familię conservationem defecta propria naturali familia, artificialiter illā renovare studuit in masculis descendantibus ex filiis masculis Nobilis Eleonoris

ejus filiæ hisque defectis in filiis masculis descendantibus ex filio masculo secundo genito Nobilis Bernardi Galcerandi de Pinos omnino extranei, ideoque sub vocatione masculorum proximiorum, masculos immediatos, & absque mixtura alterius medii fœmenini vocasse presumendum est, ratione facilis probationis eorumdem descendantiae, ut bene dixit idem Cardin. de Luca. dict. discurs. 28. num. 8. vers. Attamen. ibi: Attamen ut deinde dictarum altarum causarum disputationes me docuerunt captiva vit intellectum, ea probabilis ratio, quod quando ambitionis testatorès post defectam propriam familiam naturalem, cupiunt illam artificialiter renovare in masculis descendantibus ex fæminis de eadem familia id restringere solent ad masculos immediatos eorumque descendantes masculos, absque mixtura alterius medii fœmenini ex duplice ratione; una facilis probationis huiusmodi descendantiae, quæ infidei commissis collatis in tempus remotissimum reddi solet pene impossibilis ac parere inextricabiles litium amphraetus, &c.

67 Quam ratione approbat idem de Luca, licet in contrarium scribat discurs. 32. num. 8. sed etiam quia dicti malculi immediati tamquam descendantes à fœmina agnata participant pro medietate de agnatione, securus vero mediati, qui omnino effecti sunt extranei à testatore ad instar arboris habentis duplē insertionem diversorum arborum, nam prima super qua facta est prima insertio in nulla consideratione habetur tamquam avia novi fructus secundè arboris insertæ, ut pulcrè pondereat idem Cardin. de Luca ubi supra ibi: Et altera magis proxima quod masculi immediate procreati, à fœmina agnata, ita dicuntur semi agnati, & quasi pro medietate participare de agnatione quod dici non potest.

de

de masculis mediatis per duplex medium fæmeninum; quoniam ita à propria familia effecti sunt omnino extranei, juxta exemplum naturale arborum quarum vna super alia inseratur quoniam fructus, qui producitur ab arbore inserta participare dicitur de altera arbore super qua insertio facta est, sed si super arbore inserta fiat alterius diversæ arboris nova insertio, tunc illa prima arbor super qua prima insertio facta est tanquam *Avia*, & non mater novi fructus in nulla consideratione habetur, sed omnino pro extranea, & aliena reputatur, &c. Quæ quidem verba repetit alter de Luca Carol. scilicet Anton. de lin. legal. art. 10. num. 16. Conjecturæ autem passim, à DD. hanc quæstionem attingentibus plures sunt, & ferè omnes applicabiles casui nostro. Prima enim sumitur ex gravamine ferendi nomen, & arma testatoris injuncto masculis cognatis, quæ prorsus hic adaptatur, ut supra num. 28. latè actum fuit, quæ magistralis appellatur, & in primo loco collocatur, à Cardin. de Luca, dict. discurs. 28. de fideicom. num. 7. ibi: *Inter conjecturas autem hujusmodi voluntatem probantes illa ponderari solet plenissime comprobata in dicta prima decis.* Bononien. de Barberiis coram Corrad. quæ ex communi sensu reputatur in materia magistralis, Vbi contemplata est agnatio mediante præcepto injuncto masculis cognatis fictè, seu artificialiter renouandi propriam testatoris agnationem, ac familiam, quoq; circumstantia in hac facti specie concurrebat, &c. Idem Cardin. de Luca discurs. 34. num. 9.

68 Supradicta conjectura proprie pro contrariorum opinionum consiliatione adducitur à Carol. Anton. de Luca in animadvers. ad cap. 999. Gratian. Vbi relatis opinionibus hinc inde contrariis sic in versl. receditur elegantissime ait: *Receditur ab opinione prædicta Vbi*

contemplata est agnatio mediante præcepto testatoris artificialiter renouandi propriam testatoris agnationem, quia masculus ex fœmina agnata constituitur vti stirpes semiagnatus, & in casu contemplatæ agnationis masculi agnati per duplex medium fæmeninum & non immediati ex fœminis agnatis, jure penitus extraneorum haberi solent. Et in masculo ex fœmina agnata adegit masculinitas in ingressu, & progressu, lineæ, & isti masculi minus distant ab agnatione sanguinis, & homines magis diligunt masculos ex vna fœmina tantum attinentem, quam attinentem per duas fœminas Mennoch. consil. 875. num. 19 & Consil. 1226. num. 28. Fusè Rota decis. 218. part. 11. recent. num. 15. (quæ est confirmatoria decis. 95. ejusdem part. 11. recent, &c.

69 Secunda conjectura desumitur ex quo Nobilis Arnaldus testator in dicta clausula. *Et in defectu, &c.* Vocando masculum proximiorem non habuit relationem ad stipitem fæmeninum, sed ad se ipsum constituendo se vti stipitem descendentiæ masculinæ ibi: *Nobis, & generi nostro in gradu parentele, &c.* Vel ad filium primo loco heredem institutum, quia omnes substitutiones ei, & post eum factæ sunt conceptæ cum clausula: *Iuxta modum, & formam superius expressatam, &c.* Qua concurrente circumstantia elicetur conjectura pro vocatione masculorum ex vna dumtaxat fœmina ex traditis per Cardin. de Luca de fideicom. discurs. 32. num. 8. ibi: *Primo scilicet quod testatur vocando masculos non habuerit relationem ad stipitem fæmeninum vocando puta filios, & descendentes filiarum vel sororum juxta casus de quibus, in tribus proximè precedent.* Bonon. Cum similibus, sed direxit verba ad stipitem masculinum Ludo Vici, juxta ea quæ ponderantur supra in Placentina discurs. 25. cum similibus; & licet vere

id procedat quando ille masculus qui constitutur stipes descendentiæ masculinæ est agnatus, &c.

70 Tertia conjectura deprimitur ex eo quod in dicta clausula: & in defectu omnium, &c. adsum eadem dictiones repetitivæ, de quibus supra actum fuit, à num. 9. quæ etiam plurimum possunt ad declarandum Sub vocatione masculorum ex foeminiis dumtaxat comprehendendi masculos immediatos, non vero mediatis, seu per duplex genus foeminum, ut punctum Cardin. de Luca dic. discurs. 28. n. 12. ibi: Et his addebat alterum adminiculum clariss resultans ex illis verbis repetitivis, ut supra, & pro ut supra, & modo, & ordine quibus de ipsis Ioanne, Marcho Antonio, & Alexandro, & lineis eorum masculinis dispositis, unde cum precedent testator semper intellexit de masculis per masculum absque mixtura foeminarum; idcirco

idem dicendum erat in presenti ex natura dictioñis, seu orationis repetitivæ, juxta vulgaritatem, & quotidiana axiomata, &c. Quod repetit discurs. 32. num. 9.

71 Perbellè alter de Luca Carol. scilicet Anton. de lin. legal. art. 10. num. 18. ibi: Pro masculo ex foemina agnata etiam tenendum est cum fundator post vocationem masculorum ex foeminiis dixit puta: modo, & ordiné quibus de ipsis Ioanne Marcho Antonio, & Alexandro de familia, & lineis eorum masculinis dispositis, quia cum precedentem semper testator de masculis per masculum absque mixtura foeminarum intellexerit, idcirco idem dicendum erit ex natura dictioñis repetitivæ in masculis ex una foemina contra masculū ex pluribus Luca, discurs. 28. num. 12.

Ex quibus, &c. Salvo semper. &c.

**DE CARDONA.
MAS ET ENVEJA.
MOLINS.
ESMANDIA.**